



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LX. Desgleichen für Gertrud von Bodendyk, von demselben Tage und
Jahre.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

filiabus strenui militis Paridami de Knefebeke, nostris commonialibus, XXIV solidorum redditus denariorum Luneburgensium —. In cujus venditionis testimonium et ut firmius perseveret sigilla nostra presenti litere sunt appensa. Datum anno domini M^o. CCC^o. quinquagesimo, in festo B. Katerini virginis gloriose.

Gercken's Dipl. I, 205—206.

LX. Desgleichen für Gertrud von Bodendyk, von demselben Tage und Jahre.

Nos Olricus prepositus, Mechtlydis priorissa totusque conventus sanctimonialium in Distorpe uniuersis Christi fidelibus tenore prefencium lucidius protestamur, Quod rite et rationabiliter religiose domine Ghertrudi de Bodendike, nostre commoniali, pro quarta dimidia marca Luneburgensium denariorum cum nouem denariis eiusdem monete expolitis et in emptionem ville Rustenbeke conuersis, vendidimus VIII solidos Luneburg. denariorum ad vitam ipsius, singulis annis in festo B. Martini Episcopi et confessoris ex redditibus seu prouentibus totius ville Rustenbeke derinantibus percipiendos et habendos. Ipsa etenim prescripta domina viam uniuerse carnis regressa antedicti octo solidi denariorum ad elemosinarum donationes, per generosum dominum, dominum Ottonem Ducem de Luneborch, cuius felix anima cum beatorum cetibus exultat in perhenni gloria, nostro conuentui in iam tacta villa Rustenbeke collatas nec non erogatas, penitus reuoluentur. In cuius rei testimonio presentes hec litere sigillis nostri conuentus sunt roborate. Datum anno domini M^o. CCC^o. quinquagesimo, in festo Katerine virginis gloriose.

Gercken's Dipl. I, 206—208.

LXI. Siegfried der Aeltere von Walstawe verkauft dem Kloster Diesdorf seinen Antheil an einer Wiese zu Werle, am 24. Juli 1353.

Ego Sifridus senior, dictus de Walstawe, famulus, ad notitiam uniuersorum et singulorum cupio peruenire, quod prehabita deliberatione matura plenoque consensu Johannis, filii mei, et omnium heredum seu amicorum meorum super hoc requirendorum rite et rationabiliter nec non iusto venditionis titulo vendidi et dimisi nec non vendo et dimitto per presentes honorabili viro domino Johanni, dicto de Obberneshufen preposito, reuerende domine Michtildi priorisse totique Conuentui sanctimonialium ordinis Augustini in Distorpe, pro V marcis Argenti Brandenb. mihi integraliter perfolutis et in usus meos conuersis, dimidietatem majoris prati siti retro villam Werle cum omnibus, quibus ipsam dimidietatem predicti prati usque in hodiernum diem habui et possedi, libere, pacifice, quiete et approprianter sine quibusuis perturbationibus, impetitionibus et molestationibus perpetuis temporibus possidendam. Quam quidem dimidietatem prati prenarrati ego Syfridus prenotatus et Johannes, filius meus, debemus ab omni impetitione quotiescunque vel a quibuscunque aduenerit seu suborta fuerit, sub nostris laboribus, expensis et pecuniis pa-